



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XIV. Bodo, Herr von Yleburg, verschreibt einem Frankfurter Bürger 100  
Marck, am 15. Juli 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XIV. Bodo, Herr von Yleborch, verschreibt einem Frankfurter Bürger 100 Mark, am 15. Juli 1315.

Nos Bodo Senior, dominus de yleborch, cum ambobus nostris filiis, scilicet Bodone et Bodone, recognoscimus fide bona protestantes, Quod honorabilibus fritzkinio et Johanni, viris hokemanni, promittimus et solvere tenemur Centum Marcas puri argenti minus vna in festo walburgis finaliter persolueudas nunc venturo. Pro quibus fideiussores nostros Subscriptos posuimus, qui id ipsum in Solidum nobiscum promiserunt, videlicet Dominum henricum de werben, et Dominum Dyprandum de werben, et Hermannum de Crywen, et rulonem de rotenborch, nostros milites, et henricum Sagittarium et Ramboldum de ketelitz, Tammone de kalcrede. Quod si dicta die non soluerimus, Extunc nostrorum filiorum vnus cum dictis nostris fideiussoribus Ciuitatem Vrankenuord intrare tenebitur, ipsam non exituri, Quin de dictorum ciuium fuerit voluntate. Si autem tempore medio, quod abst, fideiussorum predictorum aliquis viam ingrederetur Carnis vniuerse, Extunc infra mensem vnum alium statuere promittimus eque dingnum. Quod si non fuerimus, extunc nos Bodo Senior intrare debemus Ciuitatem vrankenuord obstagium faciendo. Et ut hoc ratum teneamus atque firmum, presens scriptum dedimus munimine nostri Sigilli roboratum. Datum vrankenuord, Anno graciae M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>, in diuisione apostolorum.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 49.

XV. Markgraf Waldemar befehlt zwei Frankfurter Bürger mit dem Dorfe Reitwein, am 20. Juli 1316.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgensis et Lusacie Marchio, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam Tenore presentium publice volumus peruenire, Quod Diferetis viris Jacobo, de Gummere dicto, et Johanni Scheyele, Ciuibus in Vrankenuord, Eorumque legitimis Heredibus contulimus et per presentes litteras conferimus villam Ruthewyn cum vniuersis suis distinctionibus et pertinentiis, scilicet Agris cultis et Incultis, pratis, Pascuis, Paludibus, Aquis et lignis ac Ceteris aliis ad ipsam Spectantibus, scilicet stagnis, necnon cum stagno Pithzeneken et cum hoc Quinque libras piperis, cum pleno Jure, cum Iudicio summo et ymo, sine precaria et Seruicio quibulibet, prout Nobis, dum nostra fuerunt, competebant, debito et consueto pheudi tytulo in solidum iugiter et pacifice possidenda. Predictam quoque villam et Stagna cum suis pertinentiis, Si predicti vendere decreuerint, hiis, quibus vendiderint, forma simili, vt premittitur, possidenda vtique conferemus. Proinde ipsi Nobis Centum et quadraginta et Septem Marcas Brandeburgensis Argenti et ponderis in parata pecunia persoluerunt, de quibus ipsos et eorum heredes quitos omnino dicimus per presentes litteras et solutos, quibus nostrum Sigillum in huius rei Testimonium euidentis est appensum, presentibus testibus nostris fidelibus Conrado de Redere, Gryfekone de gryfenberg, Henningo de stegelitz, Redekino de Redere, nostre Curie